



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Venerabilis Thomæ A Kempis Can. Reg. S. Augustini. De  
Imitatione Christi Libri Quatuor**

**Thomas <von Kempen>**

**Augustæ Vindel., 1772**

Caput XII. De utilitate adversitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45780](#)

C A P U T XII.

*De utilitate adversitatis.*

1. **B**onum nobis est, quod aliquando habeamus aliquas gravitates & contrarietas; quia s<sup>e</sup>pe hominem ad cor revocant, quatenus se in exilio esse cognoscat, nec spem suam in aliqua re mundi ponat.

Bonum est, quod patiamar quandoque contradictiones, & quod male & imperfecte de nobis sentiatur, etiam si bene agimus, & intendimus. Ista s<sup>e</sup>pe juvant ad humilitatem, & a vana gloria nos defendunt.

Tunc enim melius interiorem testem Deum quærimus, quando foris vilipendimur ab hominibus, & non bene nobis creditur.

2. Ideo deberet se homo in Deo taliter firmare, ut non esset ei necessaria, multas humanas consolationes quærere.

Quando homo bonæ voluntatis tribulatur, vel tentatur, aut malis

B 2 co-

inten  
remu  
  
latet  
quod  
  
nt i  
t.  
e sta  
fiunt,  
quam  
ristes  
  
m &  
untur  
ves,  
  
r re-  
dere,  
  
vel  
tivæ  
omo  
s sibi  
nem  
per

28      *De Imitatione Christi*

cogitationibus affligitur, tunc Deum  
sibi magis necessarium intelligit, si-  
ne quo nihil boni se posse depre-  
hendit.

Tunc etiam tristatur, gemit, &  
orat pro miseriis, quas patitur.

Tunc tædet eum diutius vivere,  
& mortem optat venire: ut possit  
dissolvi, & cum Christo esse.

Tunc etiam bene advertit, perfe-  
ctam securitatem, & plenam pacem  
in mundo non posse constare.

C A P U T   XIII.

*De temptationibus reprimendis.*

I. **Q**uamdiu in mundo vivimus,  
fine tribulatione & tentatio-  
ne esse non possumus.

Unde in Job scriptum est: *Tenta-  
tio est vita hominis super terram.*

Ideo unusquisque sollicitus esse  
deberet circa temptationes suas, &  
vigilare in orationibus: ne diabolus  
locum inveniret decipiendi, qui nun-  
quam dormitat, sed *circuit quærens*,  
*quem devoret.*

Ne-